

14 NIEDZIELA PO ZESŁANIU DUCHA SW.

Dominica Decima quarta post Pentecosten

święto 2 klasy

Szaty zielone

Nie można służyć dwu panom: ciału i duchowi, mamonie i Bogu. Przez wejście do Kościoła dokonaliśmy wyboru, zaciągnęliśmy się do służby Bożej. Gorliwość w tej służbie słabnie czasem pod wpływem troski o sprawy doczesne. Szukamy najpierw innych rzeczy, a na sprawy Królestwa Bożego nie staje już czasu. Dlatego Kościół przypomina: „Szukajcież naprzód Królestwa Bożego... a wszystko inne będzie wam przydane” (ewangelia). Śpiewy mszalne wysławiają szczęście płynące z wiernego oddania się Bogu (antyfony na wejście i na ofiarowanie, gradual).

INTROITUS. ANTYFONA NA WEJŚCIE

Ps 83, 10-11; 2-3

Protéctor noster, áspice, Deus, et réspice in fáciem Christi tui: quia mélior est dies una in átriis tuis super mília.

Quam dilécta tabernácula tua, Dómine virtútum! concupíscit, et déficit ánima mea in átria Dómini.

Ÿ. Glória Patri, et Fílio, et Spirítui Sancto. Sicut erat in princípio, et nunc, et semper, et in sácula sæculórum. Amen.

Protéctor noster, áspice, Deus, et réspice in fáciem Christi tui: quia mélior est dies una in átriis tuis super mília.

Spojrzyj, obrońco nasz, Boże i wejrzyj na oblicze Pomazańca Twego: zaprawdę lepszy jest dzień jeden w Twoich przed-sionkach niżeli innych tysięcy.

Jak miłe są przybytki Twoje, Panie Zastępów! Wzdycha i tęskni dusza moja do przedsionków Pańskich.

Ÿ. Chwała Ojcu i Synowi i Duchowi Świętemu. Jak była na początku i teraz, i zawsze i na wieki wieków. Amen.

Spojrzyj, obrońco nasz, Boże i wejrzyj na oblicze Pomazańca Twego: zaprawdę lepszy jest dzień jeden w Twoich przed-sionkach niżeli innych tysięcy.

ORATIO. KOLEKTA

Custódi, Dómine, quæsumus, Ecclé-siam tuam propitiatióne perpétua: et quia sine te lábitur humána mortá-litas; tuis semper auxiliis et abstrahátur a nóxiis et ad salutária dirigátur.

Per Dóminum nostrum Iesum Christum, Fílium tuum: Qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti Deus. Per omnia sácula sæculórum.

R. Amen.

Otoczaj Swój Kościół, Panie, nieustanną opieką, a ponieważ bez Ciebie śmiertelny człowiek upada, niech łaska Twoja powstrzymuje go od tego co szkodliwe i kieruje ku temu co zbawienne.

Przez Pana naszego Jezusa Chrystusa, Syna Twego, który z Tobą żyje i króluje w jedności Ducha świętego, Bóg przez wszystkie wieki wieków.

LECTIO. LEKCJA

Wyrazem «duch» św. Paweł określa całe życie nadprzyrodzone człowieka, a wyrazem «ciało» wszystkie egoistyczne skłonności natury ludzkiej skażonej przez grzech pierworodny. «Duch» nie jest zatem u św. Pawła określeniem duszy, a «ciało» nie jest określeniem fizycznego organizmu człowieka.

Léctio Epístolæ beáti Pauli Apóstoli ad Gálatas. Gal 5, 16-24

Fratres: Spíritu ambuláte, et desidéria carnis non perficiétis. Caro enim concupíscit advérsus spíritum, spíritus autem advérsus carnem: hæc enim sibi ínvicem adversántur, ut non quæcúmque vultis, illa faciátis. Quod si spíritu ducímmini, non estis sub lege.

Manifésta sunt autem ópera carnis, quæ sunt fornicátio, immundítia, impudicítia, luxúria, idolórum sérvitus, veneficia, inimicítia, contentiónes, æmulatiónes, iræ, rixæ, dissensiónes, sectæ, invídiæ, homicidia, ebrietates, comessatiónes, et his simília: quæ prædíco vobis, sicut prædíxi: quóniam, qui talia agunt, regnum Dei non consequántur.

Fructus autem Spíritus est: cáritas, gáudium, pax, patiéntia, benígnitas, bónitas, longanimitas, mansuetúdo, fides, modéstia, conti-néntia, cástitas. Advérsus huiúsmodi non est lex. Qui autem sunt Christi, carnem suam crucifixerunt cum vítiis et concupiscéntiis.

Bracia: Według ducha postępujcie, a pożądliwościom ciała nie ulegniecie. Ciało bowiem pożąda przeciw duchowi, a duch przeciw ciału, bo sprzeciwiają się one sobie nawzajem, abyście nie czynili, cokolwiek chcecie. Jeśli duch wami kieruje, nie jesteście pod Zakonem.

A jawne są uczynki ciała, takie, jak nierząd, nieczystość, bezwstyd, rozpusta, bałwochwalstwo, gusła, nieprzyjaźnie, swary, zawiści, gniewy, zwady, niesnaski, odstępstwa, zazdrości, zabójstwa, pijaństwa, obżarstwa i tym podobne, o których mówię wam, jak i przedtem mówiłem, że ci, którzy takich rzeczy się dopuszczają, Królestwa Bożego nie dostąpią.

A owocem ducha jest miłość, wesele, pokój, cierpliwość, uprzejmość, dobroć, wspaniałomyślność, łagodność, wierność, skromność, wstrzeźliwość, czystość, Przeciw takim nie ma Zakonu. A ci, którzy są Chrystusowi, ciało swe ukrzyżowali wraz z namiętnościami i pożądliwościami.

GRADUALE. GRADUAŁ

Ps 117, 8-9

Bonum est confidére in Dómino, quam confidére in hómine.

℣. Bonum est speráre in Dómino, quam speráre in princípibus.

Lepiej się uciec do Pana, niż ufność pokładać w człowieku.

℣. Lepiej się uciec do Pana, niż zaufać książętom.

ALLELUJA

Ps 94, 1

Allelúia, allelúia.

℣. Veníte, exsultémus Dómino, iubilémus Deo, salutári nostro.

Allelúia.

Alleluja, alleluja.

℣. Pójdźcie, radośnie śpiewajmy Panu, wysławiajmy Boga naszego Zbawcę.

Alleluja.

EWANGELIA

Chrystus nie zaleca lenistwa, lecz gani zbytnią troskę o sprawy materialne, połączone z brakiem ufności w Opatrzność Bożą.

Sequéntia sancti Evangélii secúndum Matthæum. *Matth. 6, 24-33.*

In illo témpore: Dixit Iesus discípuhis suis: Nemo potest duóbus dómínis servíre: aut enim unum ódio habébit, et álterum díliget: aut unum sustinébit, et álterum contémnet. Non potéstis Deo servíre et mammónæ.

Ideo dico vobis, ne sollíciti sitis ánimæ vestræ, quid manducétis, neque córpori vestro, quid induámíni. Nonne ánima plus est quam esca: et corpus plus quam vestiméntum? Respícite volatília coeli, quóniam non serunt neque metunt neque cóngregant in hórrea: et Pater vester coeléstis pascit illa. Nonne vos magis pluris estis illis? Quis autem vestrum cógitans potest adícere ad statúram suam cúbitum unum?

Et de vestiménto quid sollíciti estis? Consideráte lília agri, quómodo crescunt: non labórant neque nent. Dico autem vobis, quóniam nec Sálomon in omni glória sua coopértus est sicut unum ex istis. Si autem fænum agri, quod hódie est et cras in clíbanum míttitur, Deus sic vestit: quanto magis vos módicæ fidei? Nolíte ergo sollíciti esse, dicéntes: Quid manducábimus aut quid bibémus aut quo operiémur? Hæc enim ómnia gentes inquírunť. Scit enim Pater vester, quia his ómnibus indigétis. Quærite ergo primum regnum Dei et iustítiam eius: et hæc ómnia adiciéntur vobis.

Onego czasu: Rzekł Jezus ucznióm swoim: „Nikt nie może dwóm panóm służyć, bo albo jednego będzie nienawidził, a drugiego będzie miłował: albo przy jednym stać będzie, a drugim wzgardzi. Nie możecie Bogu służyć i mamonie.

A przeto powiadam wam, nie troszczcie się o ciało wasze, co byście jedli, ani o życie wasze, w co byście je przyoblec mieli. Czyż życie nie jest ważniejsze niż pokarm, a ciało niż odzienie? Wejrzyjcie na ptaki niebieskie, że nie sieją ani żną, ani zbierają do gumien, a Ojciec wasz niebieski żywi je. Czyście wy nie daleko ważniejsi niżli one? I kto z was przemyśliwaniem może dodać do wzrostu swego łokieć jeden?

A o odzienie czemu się troszczycie? Przypatrzcie się lilióm polnym, jako rosną: nie pracują, ani przędą. A powiadam wam, że nawet Salomon we wszystkiej chwale swojej nie był tak przybrany, jako jedna z nich. Jeśli więc tę trawę polną, która dziś jest, a jutro będzie w piec wrzucona, Bóg tak przyodziewa, jakóź daleko więcej was małej wiary? Nie troszczcież się tedy, mówiąc: co będziemy jeść, albo co będziemy pić, albo czym się będziemy przyodziewać. Bo o to wszystko poganie się pilnie starają. Albowiem wie Ojciec wasz niebieski, że tego wszystkiego potrzebujecie. Szukajcież tedy naprzód królestwa Bożego i sprawiedliwości jego, a to wszystko będzie wam przydane”.

CREDO

OFFERTORIUM. ANTYFONA NA OFIAROWANIE

Ps 33, 8-9

Immíttet Angelus Dómini in circúitu
timéntium eum, et erípiet eos: gustáte
et vidéte, quóniam suávis est
Dóminus.

Anioł Pański zakłada obóz warowny wokół
tych, którzy się Go boją, i On ich wyzwala.
Skosztujcie i zobaczcie, jak słodki jest Pan.

SECRETA. SEKRETA

Concéde nobis, Dómine, quæsumus,
ut hæc hóstia salutáris et nostrórum
fiat purgátio delictórum, et tuæ
propitiátio potestátis.

Per Dóminum nostrum Iesum
Christum, Fílium tuum: Qui tecum
vivit et regnat in unitáte Spíritus
Sancti Deus. Per omnia sæcula
sæculórum.

R. Amen.

Panie, Boże nasz, spraw, aby ta zba-wienna
ofiara oczyściła nas z grzechów
i wyjednała nam przychyl-ność Twego
majestatu.

Przez Pana naszego Jezusa Chrystusa, Syna
Twego, który z Tobą żyje i króluje w
jedności Ducha świętego, Bóg przez
wszystkie wieki wieków.

R. Amen.

PREFACJA O TRÓJCY PRZENAJSWIĘTSZEJ

COMMUNIO. ANTYFONA NA KOMUNIE

Mt 6, 33

Primum quærite regnum Dei, et
ómnia adiciéntur vobis, dicit
Dóminus.

Szukajcie naprzód Królestwa Bożego,
a wszystko będzie wam przydane – mówi
Pan.

POSTCOMMUNIO. POKOMUNIA

Puríficent semper et múniant tua
sacraménta nos, Deus: et ad perpétuæ
ducant salvatiónis efféctum.

Per Dóminum nostrum Iesum
Christum, Fílium tuum: Qui tecum
vivit et regnat in unitáte Spíritus
Sancti Deus. Per omnia sæcula
sæculórum.

R. Amen.

Boże, niech Twój Sakrament zawsze nas
oczyszcza, wzmacnia i skutecznie prowadzi
do zbawienia wiecznego.

Przez Pana naszego Jezusa Chrystusa,
który z Tobą żyje i króluje w jedności tegoż
Ducha Świętego Bóg przez wszystkie wieki
wieków.

R. Amen.